

59

V I R O  
*ILLVSTRI* atque *EXCELLENTISSIMO*  
D O M I N O  
S A M V E L I  
S T R Y K I O,  
ICTO CONSVMMATISSIMO,  
AVGVSTISSIMI REGIS BORVSSIÆ  
CONSILIARIO INTIMO,  
PROFESSORI PRIMARIO IVRIS  
ET  
ORDINARIO FACVLTATI  
IVRIDICÆ  
IN REGIA FRIDERICIANA  
MERITISSIMO

S.

Vir illustris ac excellentissi-  
me, Patrone omni honoris cultu  
prosequende.



Quod officium antehac Mæ-  
cenatibus nonnullis in  
tesseram deuotionis meæ  
exhibui, id ipsum, quamuis paulo  
serius, Tibi, Vir illustris, præstare,  
& ita hac occasione documentum  
meæ in Te submissæ voluntatis edere  
constitui. Equidem ab hoc ince-  
pto me pudor quidam deterrere po-  
tuisset, quod in hanc tarditatem in-  
ciderim, & huic iam diu debito offi-  
cio nondum satisfecerim; nihilomi-  
nus tamen rectius esse duxi, tardius  
soluere, quam omni plane officio  
deesse, præsertim cum optime con-  
scius fuerim, hoc officium, quod  
nunc quidem offero, nimis leuiden-  
se esse, & me re ipsa mihi non satisfa-  
cere, quod nullam partem tuorum

in-

infigium m  
ferenda, se  
gratia conse  
emin a ma  
firs, Tua  
lontatem &  
dicam ben  
Tuam pla  
lod ipsum  
mum non  
mibi meri  
tur, si cur  
rum, qu  
uinisti,  
animo co  
rationes  
quasi ex  
flammaru  
Tibi con  
nominu, s  
fidentius p  
Suscipias i  
indulgenti

insignium meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possim. Declarasti enim a multis iam annis, Vir illustris, Tuam egregiam erga me voluntatem & benevolentiam, & quid dicam *benevolentiam*? perspexi sane Tuam ipsam in me *pietatem*, imo illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen *pietatis* adhuc leuius mihi meritis erga me tuis esse videtur, si cumulum illorum beneficiorum, quibus me in perpetuum deuinxisti, mihi ante oculos pono & animo contemplor. Infinitæ itaque rationes fuerunt, quæ me tandem quasi ex somno excitarunt, & inflammaverunt, ut præsens opusculum Tibi consecrarem, Tuoque illustri nomini, sub quo in publicum eo confidentius prodire posset, dedicarem. Suscipias itaque VIR ILLVSTRIS, indulgentissima fronte hanc meæ er-

ga Te obseruantiaë significationem  
certissimam, meque in posterum il-  
lorum numero adscribere pergās,  
qui seria vota pro Tua salute quoti-  
die concipiunt, precesque ad Deum  
fundunt, vt, in hac Tua ingraue-  
scente ætate, vires animi & corporis  
duplicare, Tibique omnia integra  
seruare velit.

**ILLVSTRIS TVI NOMINIS**

**Dab. Halæ d. XXIV. Aug.  
MDCCIX.**

*cultor deuotissimus*

**IYSTVSHENNINGIVS BÖHMER.**



PR.



dem cuius rei  
omnibus sint c  
est. Cum ve  
has superaddi  
fundamentum  
hoc spectant  
ture petendu  
republico partic  
ciendum. Qu  
uato hæc inu  
bus iam notata  
studio iuris na  
tionalis Roman  
dem in a pler  
republici hæc  
dederunt, ill  
fuerint, satis e